



**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de impetrantibus beneficia uacantia per obitum familiarium
Cardinalium, in triginta quæstiones diuiditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

D ita reperio in libro derogationum bo. memo. Laurentii
Cardinalis Sanctorum Quatuor, pluries derogatum fu-
se, ut patet ibi fol. 58. & 72. & 75. & fol. 99. Sed Alexan. vii
bulla reformationis cutiae, quando tractat reformationem
signaturae, posuit unam regulam, quam voluit appellari
fallibilem, videlicet, Quod regulis de verisimili nomine,
neque de subrogandis colligantibus nunquam deroga-
tur, sed quod sunt immobiles, & certe honestum video-
tur: tamen, ut dixi, signatura ex gratia pro benemergi
personis aliquando derogat, & non servat illam consti-
tutionem Alexan. Modus autem seu forma qualiter deroga-
ri debeat, & quibus verbis, ponit Hispanus noster en-
quis in illo vulgato libro Provinciali ecclesiarum, si
practicæ cancellariæ (qui est liber approbatus à sede Apo-
stolica) ut dicit Cardina. in clemen. secunda. §. iiii.
tertia questione, de electione.

REGULA DE IMPETRANTIBVS
BENEFICIA VACANTIA PER OBI-
TUM FAMILIARIS CARDINALIUM.

ET M. voluit, quod impetrans beneficium vacante
obitum familiaris alicuius Cardinali, stentur non
mere nomen & titulum ipsius Cardinalis. Et sicut
curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alia de
gratia sit nulla. Et idem servari etiam voluntatis
familiares ipsorum Cardina. familiares esse desierint, seu ad obi-
tum familiarium familioritatem similem transferint, quo ad beneficia
durante familiaritate priori obtinuerunt: & in quibus ipsa familiar-
itate durante ius eis competierit: Ita, quod ad illa Cardina. quorum
familiares prius fuerunt, suum habebunt adhibere consensum.

PRAEFATIO.

IS T A regula varie reperitur ab Antiquis & Modernis
summis pontificibus edita. Eius primus conditor fu-
tus Gregorius XI, ut colligitur ex decisiō Egidij 632. Quod
ex eo apparet, quia predecessores summi pontifices in his
regulis nullam de ista fecerant mentionem. Imò, quod in
eis mirandum est, neque etiam inter regulas Gregorij XI
reperitur. Quarum apud me tria reperiuntur exemplaria
& ea quidem diuersis temporibus scripta, nec in aliis
dilata.

o. Laurentii
garum ful-
lexan, v in
formationem
appellarii
mili nonni,
am deroga-
stum video-
benememini
m consta-
iter deroga-
noster in
sharum, h
a sede Ap-
g. irritus
T 15 V
O B I -
ium vacan-
tentur in-
calis. Et sibi
es, alia de-
n voluntatis
seu ad diem
d beneficiorum
ipsa familiar-
na. quorum fo-
senim.
& Modem
conditor in
ij 632. Quod
tifices in in-
no, quod m
Gregorii
r exemplaria
nec in aliquo
dilecto

dixerantia. In quibus, ut dixi, non reperitur haec regula, A
de qua Egidius mentionem fecit: forte fuit aliqua extravagans, vel aliquod priuilegium, ut innuit idem Egidi. in confilio 19. colum. i. Et est considerandum quod præter istam regulam, de qua Egidi. meminit, quæ in corpore regularum Gregorij non inuenitur, Gregorius nihil aliud dignum in fauorem Cardi. in suis regulis ædidit. Sed ante Gregorium, primus omnium Benedictus xii. fuit, qui dignitatem tantorum patrum iusto fauore prosecutus fuit, pures alias diuersas regu. in eorum fauorem constituens. Nam quod gratiæ beneficiales D. Cardinalium, motu proprio concessæ censerentur etiam si in supplicationibus nihil de motu proprio diceretur, & quod in gratiis illorum dispensatio opportuna etiam non petita apponenteretur, ac B quod qualitates beneficiorum certo modo vacantium, vel vacatorum, ac etiam beneficia quæ obtinerent in eisdem literis pro expressis haberentur, primus omnium statuerat, pures alias regulas iudicarias condens. Quas deinde nemo pontificum est imitatus. Gregorius tamen, licet nihil aliud præstiterit, quod fauorem Cardinalium conceneret, nihilominus istam regulam magis fauorablem fecit, quam fecerint moderni pontifices. Nam voluit in beneficiis vacantibus per cessum ipsorum familiarium Cardinalium, vel alias quovis modo, locum habere suam ipsius statuti rationem, qua motus fuerat, in eiusdem regule proœmio exprimens, videlicet, ut honori Domini-
cum Cardinalium deferatur, ut refert Egidius in dicta de-
citione, quod quidem fauabile Gregorij proœmium ne-
scio qua de causa pontifices moderni sustulerunt, ad regu-
lam istam ad beneficia per obitum tantum vacantia re-
strinxerant. Quorum ordinem in hisce nostris commenta-
nis imitabimur.

Q V A E S T I O P R I M A.

Igitur primo, ibi, impetrans, &c. an ista regula habeat
locum quando Papa concedit gratiam motu proprio?
SOLV TIO Videtur dicendum quod sic. quia gratia
motu proprio potest dici impetratio, ut tradit Bald. in cap.
non specialis. in versicu. pone quod in literis. de offic. lega.
Facto quod dicit Cardina. consi. 90. incipi. videtur yniq. se-
guntur Decius in capi. 2. in 2. colum. de rescrip.

D. Præterea videmus dispositionem. §. si. clem. idem
ces. præbend. quæ loquitur de impetrante, verificatio-
nia motu proprio, ut ibi dicunt Card. & Imo. Sic etiam
trauagans, sedes Apostolica. Ioan. 22. posita in tit. decim.
ces. præb. quæ loquitur de impetrantibus habet locum
gratia motu proprio, prout ibi dicit Glossator in verbis
concessæ. Ergo pariformiter dicendum est de ista regula.

In contrarium facit, quia regula ista est odiosa & con-
traria, ut dicit Egid. decisi. 632. Et loquitur de impetrante.
Ergo non habet locum in gratia motu proprio, quia videtur
contraria impetrare, & motu proprio obtinetur
ut in cap. si motu proprio. & cap. si pluribus de præben-
tib. 6. & hoc probat text. in l. j. C. de pet. bon. sub. lib. 6.

E. notant omnes. & in l. 3. ff. quod quisque iur. Quæ cum
diuersa, ad positionem vnius sequitur exclusio alterius
qualis. 25. distinctione. In quam opinionem viderunt
nare Glossator hic in penult. colum. Qui etiam tradidit
telam ad istam regulam excludendam, ut videlicet promon-
tur haberi gratia motu proprio. Et est de mente Lapponi
dicta clemen. 1. Nam sufficiet, secundū aliquos, papam
cere, talem esse familiarem Cardinalis licet alia regula
hic non exprimat. Quia papa ex certa scientia, hoc recom-
mendo, videtur habere certam notitiam regulæ, per eam
videtur induci dispensatio, & derogatio regulæ, iuncta
dita in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tuto. Quæ ratio est
in gratia impetrata.

F. Accedit quia isto casu cessat fraus & dolus illius in
gratiā habuit motu proprio, ut dicit Joan. And. in cap.
super glo. fi. de offi. lega. lib. 6. in nouis. Ergo cessat dis-
positio, non enim poterit illi subreptio, aut defectus inter-
nis papæ opponi, cum ista omnia per certam scientiam
motum proprium censeantur esse sublata.

Non obstat decisio communis Doctorum ad dictam
primā. §. si. de concess. præben. videlicet, quod ille ter-
cedat in gratia motu proprio, licet loquatur de impetrante,
quia illud procedit ex eo, quia tota clem. loquitur
distinctè: & ratio eius æquè militat in utroq; casu. Secun-
dò in materia odiosa, in qua verba propriè debent capi-
huc. Quia talis interpretatio locum non habet, quia gratia
motu proprio non est propriè impetratio, ut dicit Card. 6. c. 6.

dicta clemen. prima, & dicam in regula de annali latius. A

Quid dicendum? Teneo primam opinionem qua est
verior & æquior, pro qua ter iudicauit Rota modernis
temporibus: primo tempore, bona memoriae D. Petri An-

dræ Gammari, tunc Auditoris, ut ipse in terminis refert &
adnotauit, in tract. de offic. leg. lib. 3. fol. 58. Et iterum tem-

pote meo hoc idem iudicauit Rota in causa Auinionen.
canonicatus, coram D. Ioan. Maria, octava Martij, m. d. x-

xxii. Et nouissimè in vna Macclouien. Prioratus coram R.
D. Raynaldo Petrutio de mense Iulio m. d. xxxix. hoc
idem, quod prius firmauit Rota. Ratio decisionis fuit, quia
hoc præiugium regulæ datu Cardinalibus propter ma-

gnas impensas & onera, quæ in alendis familiaribus sub-
eunt, ut dicit decisio Rotæ, licet corruptè, in titu. de præb. B

decisi. 16. in ci. Nota, q. vbi Dominus. in antiquis, &c. Et ista
ratio militat æquè in gratia motu proprio, sicut in gratia
imperata. Igitur, &c. Et considerata prædicta ratione, ista
regula est latè interpretanda in eorum fauorum & præiudi-
cium concedentis. iuxta cap. quia circa de priuile. & notata
per Domini. in ca. 2. de fil. presby. lib. 6. & quæ latè tradit Pe.
de Ancha. confi. 295. & 297. Et si contrarium diceremus, fa-

cile præiugia Cardinalium deluderentur, cum vnicuique
facillimum esset habere gratiam motu proprio. Et inten-

sio Papæ non est per talem gratiam motu proprio ali-

cui præjudicare, ut dicit decisio Rotæ 112. in no. & decisio

44. in antiqu. præsertim Cardinalibus, ut etiam tradit Fely-

nus in cap. ad aures. in 5. colum. versicu. tertius casus. de re. C

scrip. Et ideo hac ratione Domini voluerunt, quod regula

is, non tollendo ius quæsumum, haberet locum in gratia

motu proprio, ut dixi in sexta quæstione. Et quia gratia

motu proprio non includit ea quæ exprimenda sunt, ut di-

cit Felynus in cap. cum apostolicæ de excep. Ergo qua ra-

zione dicimus in gratia impretrata requiri expressionem

nomini & tituli Cardinalis, ut hæc dicitur, eo dem modo

in gratia motus proprij est dicendum. Et posito quod mo-

tus proprius & certa scientia principis inducant dispensa-

tionem, de quo tamen dixi latius in dicta regula, quæstio-

ne & non tamen inducunt derogationem istius regulæ, nisi

de ea individuo fiat mentio, ut latè dixi in 5. & 6. quæstione

procurmij. & cum hoc iam pluries fuerit per Rotam deci-



D sum, non curabo amplius insistere.

Q V A E S T I O . S E C U N D A .

Q V A E R O , ibi (beneficium, &c.) quid si familiaris cardinalis habuit aliquod officium durante familiariitate, nunquid habet locum regula?

S O L V T I O . Videtur dicendum quod non, quia applicatio beneficij non venit officium, ut dixi latè in regulâ infirmis resonantibus : & dicam in regulâ de annali triennali, & in pluribus aliis locis, vbi me remitto ad istis officiis tradit Paulus Romanus antiquus in missione pensionis, in 7. quæstione fol. 21. & 24.

Q V A E S T I O . T E R T I A .

Q V A E R O , ibi (vacans, &c.) nunquid regula ista expectatiua de beneficio vacaturo?

S O L V T I O . Tempore Sixti accidit iste casus in Sagien, Archidiaconatus, ut in quibusdam memoriorum eiusdem Ioan. Alo. Tuscani, tunc Auditoris camerae apud adnotatum. Et iterum tempore meo iste casus fuit positus in Rota, & decisus in causa Auinionen, canonizatus coram Dom. Io. Maria de mense Martio M. D. XXIIII. Et cœclus fuit per maiorem partem Dominorum non non. Cum qua opinione reperio antiquos Abbreviarios de Parco concordasse. Nam hoc tenuerunt Anto. de Seuerino, & Ioan. de Ferrera, illorum temporum marij, prout eos refert Paulus de Castello in quadam indice notabilium, fol. 35. Nihil tamen allegant præter seruantiam styli. Sed pro opinione Rotæ allegantur. Primo quia regula loquitur de beneficio vacanti ergo habet locum in vacaturo, ut legitur & notatur in capitulo constitutus. & in cap. ex tenore. & capitu. fina. de concepcione. Fecunt quæ dicit Felinus in capitu. in nostra. in 37. com. in secunda colum. in fi. de rescrisp. Ista enim sunt inter se uersa. Ergo de uno ad aliud non debet inferri: quia si uersus non sit illatio. capitu. in presentia. de probatio potius ad positionem unius, sequitur alterius exclusio nonne. cum vulg. de presum. Cum igitur regula ista immaginam concessam post obitum familiaris, non debet extendi ad gratiam concessam ante obitum: quia limitatum causa effectum producere debet. cap. fulcere

F inde notabilium. fol. 35. Nihil tamen allegant præter seruantiam styli. Sed pro opinione Rotæ allegantur. Primo quia regula loquitur de beneficio vacanti ergo habet locum in vacaturo, ut legitur & notatur in capitulo constitutus. & in cap. ex tenore. & capitu. fina. de concepcione. Fecunt quæ dicit Felinus in capitu. in nostra. in 37. com. in secunda colum. in fi. de rescrisp. Ista enim sunt inter se uersa. Ergo de uno ad aliud non debet inferri: quia si uersus non sit illatio. capitu. in presentia. de probatio potius ad positionem unius, sequitur alterius exclusio nonne. cum vulg. de presum. Cum igitur regula ista immaginam concessam post obitum familiaris, non debet extendi ad gratiam concessam ante obitum: quia limitatum causa effectum producere debet. cap. fulcere

de descrip. lib. sexto, & vulga. l. in agris. de acquiren. rerum A
domi. Et ista omnia in ratione fundantur, quia non est ea,
dem ratio quo ad istam regulam, in gratia de vacaturo, &
gratia de vacanti. Quia in gratia de vacaturo, ideo non de-
bet seruari ista regula, quia non possumus esse certi de per-
sona, per cuius obitum beneficium vacauit, an erit familia-
ris vel non. Et ideo nomen, nec titulus certi cardinalis ex-
primi potest. Et propterea iudicari non debet gratia sobre
potia. Quia de his quae possunt se habere ad esse, & non
esse, si de illis non fiat mentio, gratia non annullatur, vt la-
te probat decisio Rotæ 25. in nouis, titulo de scri. colum.
tetia. Neque si vellem ad cautellam derogare huic regule,
hoc concederetur. Quia secundum stylum solet denegari
talis derogatio. Imò cū lāpe alius regulis prateritis. tēpo-
ritius derogatū sit, vt particulariter adnotatum reliquit la-
boriosissimus, & proinde excellentissimus vir Laurentius
Puccius cardinalis Sanctorum. Quatuor in quibusdā me-
morialibus derogationum regularū: nō tamen in dicto li-
bro tenetur huic regulæ derogarum, nisi semel, vt patet
ibidem. Itaq; in dictis gratiis de vacaturo, non potest ista
regula obseruari. Quae omnia cessant in gratia de benefi-
cio vacanti. Cū igitur regula ista sit exorbitās, iuxta gl. pe-
nula, in clem. 2. de offic. ordin. & secundū Egidiū vbi supra.
Item etiā sit pœnalis, cū annullet actum, iuxta negotia per
doctores in cap. 2. de cōstitutionibus. & quae tradit Bald.
in Non dubium. C. de legibus per text. in l. Senatus. ff. de
contrahenda empt. Est concludendum regulam procede. C
te in casu de quo loquitur, videlicet in beneficio vacanti.
argument. text. in cap. statutum. de electi. lib. 6.

Et hoc quod dictum suis de gratia beneficij vacaturi
procedit etiam si gratia fuisse facta respectu certæ perso-
nae, qua fuisse familiaris alicuius cardinalis, prout in re-
gule concessio per obitum. Tiuī qui fuerat familiaris car-
dinalis: quia in eo regula ista non procedit per superius
dicta. Ex quo prouisio fit de beneficio vacaturo, prout
recepit tenuisse Rotam dominus Iacobus Simoneta, tunc
cardinalis dignissimus in suis memorialibus, vt ipse mihi
retulit. Quae decisio non alibi certe fundatur, vt dicitur, nisi quia ista regula est odiosa, loquitur in certo ca-
sū, videlicet de beneficiis vacanti. Ergo debet in eo

ccc L V D O V I C . G O M E S I N R I G .
D restringi, ut in c. susceptum de rescriptis. lib. 6. Et facimus
quæ dicam in alia q. de gratia si neutri. & in quæ sequuntur.

Q V A E S T I O Q V A R T A .

Q V A E R O , ibi (per obitum, &c.) quid si beneficium
cat per renuntiationem familiaris cardinalis in memoriis
nibus Papæ, an habeat locum regula?

S O L V T I O . Glossator hic tenet quod non, quia illius
diuersi modi vacandi: & regula ista exprimit modum
candi per obitum. Ergo per expressionem vnius modi
excluditur aliis diuersis, videlicet, per resignationem, &
citur in cap. susceptum de rescriptis. lib. 6. Et hoc idem rati-
o tenuisse curiam tempore Sixti. Et ita pro expedito
se dictum in causa Sagien. Archidiaconatus, nemini in-

E Alo. Tuscanus Mediolanensis, tunc aduocatus, & Auditor
cameræ, in quodam suo consilio incipiens, utrum bullam
inde valere, &c. posito inter sua consilia. lib. primo fuit
certe in ratione consistit ista opinio: quia negari non
potest istum casum fuisse omissum in regula. Ergo relinquitur
sub dispositione iuris. Et ad hoc sufficit, dicto capitulo.
vbi est casus expressus pro ista opinione, pro qua
ciunt ea quæ dicta fuerunt in præcedenti quæsto.

Sed aduerte, quod regula Gregorij vnde cimi, que dicitur
antiquior ista, comprehendebat ictum casum: quia legitur
de beneficiis vacantibus per cessationem vel decepcionem
refert Egidius decisione 632. Vnde ex quo regula illa
posterior, debet in dubio interpretari secundum illud
quam argumen. l. non est nouum. ff. de legibus.

Sed ad hoc replicari potest, quod motiuum processus
quando regula ista dubitatu loqueretur: tunc enim in
ratio recipere interpretationem à regulis antiquis ecclesie
rectis, ut tradit Bar. in l. f. ff. de falsis. Sed hic non egredi
declaratione, cum ista regula loquitur clarè de beneficiis
vacante per obitum, & de vacante per renuntiationem
mittit, prout etiā omittebant antiquæ regulae, quæ ini-
noluerunt Cardinales priuilegiare. Relinquendus igitur
iste casus sub dispositione iuris d. c. susceptu. Et ita in quo
cice, in discursu cuiusdam. q. regulae de insuff. resignaribus
fuisse iudicatum, de anno M. D. XI. 111. in Rota D. Gul. in Co-
lectaneis decis. pro qua opini. faciunt optimè motiuum
drex Siculi, de quo mentionem faciam inferius in quæsto.

Et ex istis potest etiam inferri, q̄ facultas concessa per A
papam familiaris cardinalis de permittādis beneficiis suis,
prout fuit concessa tempore Pauli 11. cuidam Gulielmo
familiaris cardinalis Rothomagen. nō subiiciatur huic re-
gule. Quanvis contrarium fuerit tunc per aliquos doct.
constitutum. Et ista de plano procedunt de iure loquendo.
Tamen hodie cardinales, tam ex priuilegio, quam ex ca-
pituis factis in conclave, obtinuerunt istos modos vacā-
tūs per cessationem vel decepsum, ut referunt Moder. in tracta.
referentia. 17. effectu. Et ita ego reperio latissimē conce-
sum fuisse cardinalibus in capitulis Sixti, Alexand. v. 1. &
Iulij 11. cap. 3. quorum exemplaria sunt p̄enes me.

V A E S T I O Q U I N T A.

QUAE R O, an regula ista habeat locum in vacacione B
mortis fictæ, prout est illa inualida per regulam, de
infirmis resignantibus? Nam regula, ibi, in casu
illo, angit beneficium vacare per obitum, cum verè yacet
per renuntiationem.

SOLV TIO. Casus iste bis fuit v̄tilatus in Rota, & tan-
dem decisus pro parte negatiua. Nam tempore Sixti acci-
dit in causa Sagien, Archidiacoa. anno M. CCCC LXX V,
mense Nouembri. Et iterum, de anno M. D. XI I I I. Quo
tempore fuit decisa difficultas, ut meminist Do. Guliel. in
Collectaneis decisionum. fol. 75. de cōfessione incip. vñus fa-
miliaris, & licet decisio illa ponat mixturam casus, resolu-
tio tamen eius hoc solo motiuo cōcluditur. Quia in que-
stione proposita secundum terminos regulæ de infirmis C
refig principalis actus, qui fuit ibi factus coram papa, fuit
resignatio. Et iste fuit verus & naturalis actus. Vacatio ve-
ro mortis qua infra viginti dies resultat, est vacatio acci-
dentalis, & contingens de futuro: & ideo illa considerari
non debet, iuxta l. qui habet ff. de tutel. vbi traditur regu-
la, quod actus naturalis, non accidentalis attendi debet.
& idem dicit Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte, vbi
per hoc inferri, quod statutum loquens de gemmis, debet
intelligi de veris, nō de fictis. Et ita in casu isto magis mi-
litant, quia regule sunt iuris stricti, & non egrediuntur ter-
minos suos. l. 3. §. hęc verba. ff. de nego. gemit. l. si seruum. §.
non dixit. ff. de acquiren. hered. praeterrit, quia ista inter-
pretatio est favorabilis, quae reducit nos ad libertatē iu-
niuersitatis.

CC



D^ris communis, iuxta l. si unus. §. pactus ne petere. lib. Etis. cum aliis similibus allegatis hic per Do. Guliel. Patera, quia actus, de quo in præmissa quæst. & vacatio de resultans, erant de præsentí: illa vero que exposita igitur per obitum, erat actus futurus, qui tempore regelationis poterat se habere ad esse & non esse. Ideo subrepropter non expressionem nominis & tituli in ratione actibus, qui contingunt de futuro, non viciatur, videlicet Fely. notabiliter in cap. in nostra. in 7. correl. de relatio. Et ante ipsum decis. 25. in nouis. rit. de rescrip. col. penitentia per Egid. decis. 749. col. fin.

Addo pro ista opinione, ultra D. Guliel. quia tempore quo fuit facta resignatio, beneficium adhuc non vacatum, per obitum verum vel factum, ynde impetravit talis beneficium, impetravit vacaturum, videlicet, in eventum, quod contingere resignatam mori infra viginti dies. Et tamen clarum est, regulam istam locum non habere in vacatio ut patet ex tex. & dixi superius in 3. q. & est decis. Romano. quod impetrans per non promotionem, non potest consequi per ius postea contingens. Et ideo tanquam casus omissus relinquitur sub dispositione iuris vulgari scriptum. de rescript. lib. 6.

Suadetur hoc, quia vera vacatio de præsenti utriusque resignationem: quia alias non tenuisset collatio de beneficio viuentis non vacante, ut superius dicitur in regulis & tex. in c. 1. & 2. & c. cum non str. de concess. p. 2. Potuissest validari ex superexistencia vita regnante per lapsum viginti dierum, tanquam à principio nulla causa eo tempore. de rescript. lib. 6. Et licet papa possit per voluntatem facere, quod morietur illo, qui regnauit, infra viginti dies, censeatur beneficium vacare per eius obtinendum. Hæc vacatio sic inducta erit & facta & interpretatione, autem vera: quia hoc facere non posset. Nam potest papa facere, quod factum habeatur pro non factum, videlicet. tex. in cle. 1. de immunit. eccl. Tamen non potest fieri, quod factum sit verum, & factum non sit factum, lib. 6. §. facta. ff. de capt. Remanet igitur vera vacatio de resignationem, & facta per obitum. Vnde inferatur, quod regula ista loquitur de vacatione per obitum, et in dubio intelligi de vera, propria & naturali vacatio-

obitus, & non de facta: prout qualibet dispositio iuris cō- A
monis & statutaria intelligitur, vt est gl. in c. placuit. el 2.
16. q. 1. Nam ista ēst communis opinio Canonistarum, q
appellatione mortis, intelligimus de naturali, nisi in casi-
bus à iure expressis: vt dicit gl. in c. suscepsum. de rescrip.
lib. 6. sequuntur Modern. in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de
verbo. oblig. Et hoc idem est dicendum in quolibet actu,
qui in dubio debet intelligi de vero & naturali, non de
facto, vt superius est dictum. & tradit in notabili casu Ale-
mand. in consi. 65. visa quadā constitutione. in 3. col. vol. 4.
Et Franciscus Cremensis in singularibus suis, notabili 82.
cum pluribus aliis concordantis. quæ præter ista cumu-
lat Fely. in rub. de sponsa. in 4. col. Cūm igitur regula ista
nihil aliud sit, quam statutum, quod loquitur de vacatio- B
ne per mortem, debet ergo intelligi de vera, non autem
de facta, nisi aliud exprimatur: faciunt, quæ not. Bar. in l. 3.
§. hæc verba. ff. de neg. gest. & tex. in c. nuper. de big. Præ-
fertim, quia dato, q extensio casus veri ad factum non sit
contra ius, sed tantum præter ius: tamen nunquam sit ex-
tentio, nisi reperiatur de iure parificati casus verus & fi-
dus, vt not. Domi. in cap. fin. in prin. de consuetu. in 6. &
gl. in dicto cap. placuit. Si igitur hoc disponitur in casi-
bus, qui sunt præter ius, multo magis in casu istius regulæ
militar, quæ est contra ius. Nam de iure nulla qualitatis
taciturnitas viriat gratiam, nisi illarum qualitatum, quæ
sunt in iure expressa, vt in cle. 2. de offic. ordi. & in cap. fi.
de offic. leg. lib. 6. & in cle. 1. de præbend. cum multis con- C
cord. de quibus per Moder. in tracta. benefic. in 11. q. ter-
tia partis. versi. quarta qualitas. Pro quibus omnibus fa-
cione ea, quæ dicentur inferiū, quæst. 7.

V A E S T I O S E X T A.

QUAE R O, nunquid regula ista procedat in beneficio
commendato familiari cardinalis, per cuius obi-
tum impetratur?

S O L V T I O. Varias reperio super isto dubio scribentiū
opiniones. Nam Io. Bapt. Caccialupus & Ricius de Senis,
advocati illorum temporum celeberrimi, tenuerunt ex-
presse regulam non habere locum in commēda: & ita re-
heuerunt se videlicē iudicari in facto, super quo longissima
taffilia contexuerunt, quæ habeo in 12. vol. allegationū.

CC ii



D fol. 144. cum seq. vbi post plura verba superflua, tandem ad hoc tenendum mouentur ito motiu magis effici, videlicet, quia regula ista loquitur de vacatione, quae non ex verbis ultimis regulæ maxime in verbo obtinuerit, videretur intelligi posse de vacatione resultante ex cessione commendæ. Tamen ille terminus, Vacatione, potius in tex. in dubio intelligi debet et de vacatione iurius est, ut in c. cum non tris. de conceps. præben. cap. presenti de præbend. lib. 6. cum multis aliis concor. per eos allegantur. Cum igitur commendatarius non dicatur possessor iuriis, cum non habeat titulum, ut in c. dudum. de elect. sed formatus detentor, & depositarius. l. licet. §. rei. & l. Iulianus. depositi. est concludendum, per obitum eius nihil vacare. E & per consequens regulam in tali cessatione commendæ non verificari. Nam per commendam non extinguuntur prima vacatio, ut tradit Fede. in tract. de permitt. beneficiis. hoc in summa dicunt predicti doctor. qui postea multo verborum ambitu, super isto punto referunt omnia fundamenta Ludo. Roma. in consil. 350. & Oldiad. consiliis quæ fitur, &c. quæ non euro referre. Quibus etiam continent ea, quæ dixi in regula 18. & 32. & latissime in regula de triennali, vbi copiosius tractauit illam questionem. Sed ulterius pro ista parte addere, quod illam eandem opinionem tenuerunt tempore Sixti A. de Caparellis, natus ad uocatus excellens, & quidam alij, qui alegabant ista opini. titulum in ueteratum Cancellarij, quæ hoc tempore cuius stylus processit à iure, ut dicit Specu. in rit. de leg. §. supereft. ver. Ultimo consulso. immo facit ius, ut dicit de 710. in antiquis. & tollit dubietatem facti, ut dicit Oldiad. consil. 290. Nam ipsius obseruantia præsumitur super hoc cum plena examinatione iustitiæ: arg. c. apostolice 13. Et quædam alia fundamenta generalia super hoc narrant, quæ breuitatis causa, ac etiam, quia minù non valentur stringere, non referto. Et ita etiam reperio illis temporibus pro ista parte fuisse iudicatum per quendam Io. Giuelli, tunc auditorem, in favorem Lactantij, contra opinionem tenuit Rota in casu occurrenti, ut referuntur. D. Dominicus Jacobatius, tunc Rota auditor parvus, & postea cardinalis, in quibusdam suis apostolis illis.

itam regulam, qui dicit tunc super hoc dubitatū fuisse, & A
Rotam respondisse, regulam in commendā locum non ha-
bere, licet ipse super hoc dubitaret. Hæc ille.

Postremo, pro ista opinione faciunt verba istius regule,
que loquuntur de beneficio vacante, sed per obitum fami-
liaris beneficium non vacat, sed cessat depositum, vt dicunt
doct. in cap. nemo de elect. & in ca. si constituerit. de accus.
Igitur in tali cessatione regula non habet locum. Hinc est,
quod expectativa, quæ conceditur ad beneficium vacans,
vel cum primum vacauerit, non capit beneficium vacans
per cessationem commendæ, quia ultra, quod tale benefi-
cium est effectum per appositionem manus papæ, per obi-
tum familiaris, non dicitur vacare. Ita conclusit Rota die
29. Octobr. m. d. xxxix. in vna Valentina parochialis de B
Pego coram R. D. Ioan. Paulo, non obstante consil. Soci-
et. & alii pluribus tunc deductis in informationibus
mis. Pro qua decisione faciunt ea, quæ in casu scribunt
Modern. Sabinen. in tracta. reserua. fol 13. versicul. benefi-
cia commendata.

Contrariam tamen opinionem inuenio obseruatam
tempore nostro. Nam in primis D. Guliel. in discursu illius
equationis, utrum regula de infirmis resignantibus, proce-
deret in commendā, refert, Rotam tenuisse regulam istam
habere locum in commendā, ista ratione: quia priuilegiū
istius regulæ concessum fuit Cardinalibus propter innu-
meras expensas, & onera quæ subeunt in gubernanda eo-
ram familia, iuxta decisionem 16. de præbend. in antiquis. C
quæ ratio militat æquè in commendatariis, sicut in titula-
ribus. Ergo idem debet esse ius, & nihil aliud dicit, & idem
tenet D. Guliel. hic.

Felynus tamen in quadam Apostilla super regula 19. &
super ista refert Rotam variare. Nam dicit, quod cum istud
dubium in vna causa proponeretur, Domini quasi concor-
dierit conculserunt, istam regulā non habere locū in com-
mendā: & postea dixerunt, & iudicarunt contrarium: quia
reprobabant ita alias fuisse conclusum, per istam rationē,
quia licet stante commendā, beneficium non datur va-
care mortuo tamē commendatario negari non potest, φ
vacat largo modo, quæcūq; sit illa vacatio, siue cōtinuati-
onē, siue induictiā per vsum. Quæ vacatio venit largo mode

Dappellatione dicti verbi, vt tradit Pauinus in tract. de off. & pote. capi. se de vacan. in vltimo prælud. Satis enim est, quod de presenti quando impletatur, verè vacet per obitum, id est, quod ratione illius obitus commendata ieiuiuscit, & quodammodo inducitur ista vacatio nunc. Ego regula in ea debet habere locum, præsertim cum omnia sit eadem ratio. Et pro ista opin. facit quod dicit Socin. in consil. 32. in 6. col. versi. & pro predicta. videtur quod expectatiua ad beneficia vacatura comprehendit beneficium per obitum commendatarij vacans. sequitur Aeneas de Falco. in tract. reserua. in 4. q. prin. in 38. effectu. & hoc contrarium deciderit Rora, vt superius dixi: illud fuit, qui considerauit affectionem, qua' maximè ibi considerauit. **E**bebat propter personā cardinalis, cui illa parochialis fuerat commendata. Sed præsupposita decisione indissimiliter vera, in casu nostro attēdi debet ratio dicti, quia per obitum commendatarij perpetui beneficiū quois modocat. Nec ista regula in hoc est multum exorbitans, sed potius continet æquitatem, quia tenendo istam opin. fieri uenimus cardinalibus, & ex hoc etiam conseruatur species uenientium eis. Faciūt ad hoc ea quæ tradit Rom. cōf. 4. §.

Addo etiam pro ista op. quæ mihi videtur vetior, quod dubio talis interpretatio in quacunque constitutione capi debet, per quam magis inuitentur homines ad beneficendum: vt probatur in §. fi. ita proce. insti. & in excessu execrabilis. §. nos itaq;. Sed isto modo interpretando illa regulam, inuitantur magis, ac animantur cardinales alio piēdos plures seruatores doctos & venerabiles, quod nondi ad decus ecclesiæ Rom. vt in c. super specula. de magistris. Et etiam ad honorem eorundem cardinalium pertinet, quod à pluribus assidentur, vt dicit Iuuenalis Satyrus: quod not. And. Sicut. in c. ex parte. in 2. col. de confit. Ntantò maior quis reputatur, quanto pluribus famulis & dignioribus preest, vt probat D. Gundisalvus Hispanus. auditor Rotæ, in tract. de dignit. Vice cancel. q. 2. allegatus in authen. de defen. ciuit. §. nos igitur. Facit illud Proces. 14. c. In multitudine populi dignitas regis. Facit etiam contextus in c. ecce. 95. dist. Vnde meritò Virgil. in 1. Aeneid. laudans Didonem in isto apparatu famulorum, ait:

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo

C

tradit, de offi-
catis enim est,
racet per ob-
ligatory is-
tatio nunc Es-
ertim compre-
hit quod dic-
tum est. Et ita
en dicit bene-
ficiis. Ama-
riffectu & hor-
illud fuit, cu-
siderando
rochialis mo-
ne in diffimili
quia per ob-
quis modis
itanus, sed ip-
n opin. fe-
atur spes in
om. cōfiliat.
r verior, quia
stitutione co-
es ad benefi-
cium exstra-
interpretatio in
cardinales al-
iles, quod in
cula, de mag-
nali pene-
alis Satyrus
e confit. Non
familis &c.
Hispanus, 20
2. allegates
illud Prove-
nit etiam us
in 1. Aeneid
um, ait
ine longo
Cest.

Centum alia, quotidēque pares ætate ministri, &c. A
Nam huiusmodi impētū, quæ sunt seruitoribus & mini-
stis, cēsentur facta intuī ecclesiæ propter honorē inde
resistantem, vt tradit Philip. Franc. in c. prēsenti. §. porro.
in 1. not. de offi. ordi. lib. 6. Et ideo iuuādi sunt cardinales
fauorabili interpretatione priuilegiū huiusmodi, vt pro-
duiores exinde reddātur ad subeundas maiores impētū:
propter quas multi pauperes clerici, nobiles, & literati, in
eorti domibus consolantur, & viuūt. Et ita multorum ne-
cessitatibus subuenitur. Et hoc modo decentius decus se-
dis Apoliticæ sustinetur. Et per huiusmodi viam familia-
mous datur firmior spes seruendi, quando patronorum
major est & vberior disponendi de beneficiis potestas. Et
sic ista opinio tanquā æquior, & vltimō, & pluries per Ro- B
tam approbata, tenenda est: secūdum quam refert Aeneas
de Falconibus, docto r certè curiosus & eruditus, in qua-
dam sua apostilla ad istam regulam, Rotam in quadā causā
sua, secundum istam opinionem per tres sententias iudi-
cavit. Et respondet ad illa verba posita hic in regula, vide-
lacet, beneficium vacans per obitum: quia illa non obstat,
cum in regula 28. suprà eodem, sint posita eadē verba. Et
tamen Rota longava obseruatione tenuit illam regulam
habere locum in commenda, prout etiam ibi, & in regula
de infirmis regnātibus, meminit dom. Guliel. Nec obstat,
quod verbum Vacans, hic positum, debet intelligi de vaca-
tione juris, quia hoc est falsum: quia etiam verificaretur in
vacatione de facto, quam talis reseruatio comprehendit, C
secundum Rotam decīs. 274. in antiquis. Quam sequitur
Prepos. in cap. Clemētis. 16. distinct. Ad alia motiva patet
responso ex his, quæ dicam in regula de publicanis, & la-
tissime in regula de triennali.

QVÆSTIO SEPTIMA.

QUAE R O iuxta prædicta, an impetrans beneficium
vacans ipso iure per priuationem familiaris cardina-
lis teneatur seruare contenta in ista regula?

SOLVITIO. Glossator concludit, quod non: quia regu-
la loquitur de vacatione per obitum, & nihil aliud dicit. Et
cum ista opinione simpliciter transit Fel. hic, nihil allegās.
Reperio tamen, quod illam questionem in terminis latif-
fus discutit Andr. Sicul. in consil. 82. lib. 4. per totum. Vbi
CC iiiij



Dre relatis argumentis partis affirmatiue, pro ratione dubia
di factis, quæ non e uno referre, postea concludit conne-
rium, videlicet, regulam istam non habere locum in impe-
trante per priuationem. Et inter plura fundamenta, quæ
pro hac parte scribit, tria principaliter videntur confon-
tione digna, clarius tamen per me declarata, & ratione
corroborata, quam ipse fecerit. Primum igitur fundamen-
tum quod facit, est de tex. in clementina, ne Romasi, §. 2.
ritum. de electione. de quo multum gloriatur, vbi est ten-
quod constitutio loquens de morte papæ, ita demum ex-
prehendit priuationem, quando lex ulterius procedit, con-
dendo dispositionem ad casum priuationis, ut patet ibi
lis verbis, per mortem, vel alias deficere quis modi. illi
Enim verba (vel alias) indifferenter prolatæ, comprehendunt
omnem modum vacandi. Cum igitur in ista regula solus
sit prouisum in casu mortis, debet intelligi de naturali, in
civili. l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de verb. oblig. cum co-
cor. ibi in glo. Et si voluisset papa casum mortis civili to-
prehendere, expressissimè, ut fecit in dicta clementina, pra-
sertim in materia odiosa & exorbitanti, qualis est ista.

Cóprobatur ulterius ista opinio, & hoc erit secundum
motiuum. Nam in concilio Constantien. in quo Benedictus x. & Ioá. x x i i . priuati fuerat, fuit dubitatum, an elec-
cio Roma. pontificis per priuationem alterius speclata
ad cardinales, an vero ad concilium generale. Et fuit con-
clusum, quod quando pontificatus vacabat per obitum.

Fpectaret electio ad cardinales. Quia iura tribuentia elec-
tionem cardinalibus, loquebantur de vacatione per obi-
tum, non quando vacabat per priuationem. Vnde ex qua
iste erat casus omissus à iure communi, pertinebat electio
ad concilium. Refert Abb. in cap. licet. in ultimo notabilis
de elect. & sequitur Fely. in cap. ad petitionem. in principio
de accusa. Sic videtur hic dicendum, quod dispositio illius
regulae, quæ loquitur de vacatione per obitum, procedat
in casu suo, non autem in vacatione per priuationem.
Tertium motiuum fit à deficiente intentione condemnatio
regulam: quia non putauit papa, quod in dominibus cardina-
lii essent virti flagitioli, ac priuatione digni: quia de iure,
pro illustri corum dignitate, presumuntur habere familia-
res honestos, ut dicit Innocen. & alij in cap. literis. de rebus.

& in ea insinuante de ofiū deleg. Ex qua præsumptione re A
 sultat illa limitatio communis ad d.c. in literis. quod dispo-
 nit, familiares non esse idoneos testes, vt istud dictum non
 procedat in familiaribus cardinalium & episcoporum: quia
 non præsumuntur habere personas suspectas domi, sed pro-
 batæ vita, & exépli, vt dicit Bald. in l. etiam C. de testi. & se-
 quuntur Moderni in tract. testiū. fol. 8. in 2. col. Et latius re-
 affluit Firmanus in tract. de Episcopo . in 5. parte. libr. 4.
 fol. 1. in 4. col. & Aret. & alij in d.c. in literis. & in l. 2. C. de
 testi. Cum igitur defecerit mens condentis, iste casus omis-
 sus relinquitur sub dispositione iuris: quia mens & intelléctio
 concedentis debet semper in rescriptis attendi, secundum
 Innoc. in c. cum ecclesiastice. circa medium. de excep. se-
 quitur Bald. in l. rescrip. col. pen. C. de pre. imp. offe. Et re- B
 affluit Fely. in c. causam, quæ. in 8. col. versi. prædicta de-
 clara. &c. de rescrip. Et hac ratione dieut Valerius, M. Tui-
 bus in lib. Offic. & alij plures bonarum literarum professo-
 res, Solonem non tulisse legem de parricidis, quia non pu-
 tavit filium ad illud facinus potuisse quacunq; iniuria mo-
 ueri, vt patre occideret. Ang. in l. propter insidias. C. qui ac-
 cusa. Vbi igitur deficit mens condentis, dispositio cessat.
 Vel etiā quartò dici potest. Nam posito, q; papa istum
 calum cogitauerit, noluit tamen in hoc cardinales priuile-
 giare, regulam extendendo, vt per hoc eos cautores redi-
 cerent in iusciendis bonis ministris & famulis, & receptis
 castigandis. Nam videntes regulam nō habere locū, quā-
 do ob delictum petitur priuari aliquis familiaris, forte vi. C
 gilabunt magis super familiam suam, vt sic in bono erudiā-
 tur, quod similia de ea sperari non debeant: vnde si cōtra-
 tum enierat, in poenam priuantur Card. cōmodo, seu pri-
 uilegio istius regulæ: sicut videmus in episcopis obseruari.
 Na in poenam episcoporum inductum est, q; licet criminosi-
 tō admittatur ad accusandū regulariter, cap. 1. de accu. &
 cōsum qui. 2. q. 6. tamē vbi familiaris episcopi reperitur cri-
 minosus, in poenam tolerantis talē in domo, ipsum episco-
 pi accusare potest. Ita eit rex. in c. nulli de accus. quia talis
 præsumuntur quis esse, quales famulos habere dignoscitur.
 Sic econtrā apud Platonē loco prouerbij v̄surpatur: Qua-
 les principes, tales solere esse ciues. Et ideo Lud. Roma. in
 l. cum mulier. ff. sol. ma. in 13. col. dixit, ad episcopos perti-

CC 7

Dnere, bonis & honestis vti famulis:ne, si contrarium apparet, præsumatur episcopum famulos discolors nutrire, si effectum, vt dolos instruant, & suppleant defectum probationum, vt ibi latius per eum.

Vltimò, ne aliquid remaneat intactū, pro ista opinione Andreae Siculi & aliorum videtur in fortioribus terminis dictum Tho. Fastoli in dubio Rotæ 46. vbi dicit, quod in materia stricta rescriptum cum clausula, Cedente vel de dente, non extenditur ad priuationem. Secus si manu nō esset odiosa, vt in d. cle. ne Romani. Quia tali casu non exprimatur vacatio per obitum, includitur tamē omnia catio, vt tradit Abb. in disput. episcopus. Ex cuius dictis post etiam capi resolutio ad d. cle. alleg. in concordanum p-

E Barba. & sequitur Fely. in cap. licet. col. fi. de offi. deleg. ante ipsum Ioan. Francisc. Paui, in tract. de offi. & pot. ca. sede vac. in secundo euidentiali. & illud dictum Fastoli's quantur Moder. in tract. beneficiorum. in 3. parte. Et non ipsos Felyn. in cap. in nostra. in 37. corr. col. 2. de religione. Faciunt etiam pro ista opinione ea, quae dixi superiori in 4. & 5. q. & quæ dicentur inferius. q. 24. & in regula de natu super ista eadem questione.

Et prædicta omnia procedunt, quando priuatione fieri in curia: quia si extra curiam, nulla esset difficultas: ex conibi censeretur vacare beneficium, vbi quis priuat, vbi cit deci. 86. in antiquis. Sequitur Pauinus in tract. de offi. & pot. ca. sede vac. in 2. præludio. Quod est verum, quidam

F est ibi persona. vbi priuat: quia si esset alibi, censeretur vacare ibi vbi est persona. Vnde dicimus, qd priuar' ob i solutione pensionis, in partibus, si est Romæ, eius beneficiū ceteretur vacare in curia, & esse reservatum, vt dicit quæ dictio allegata per Paui. in d. loco: & ibi videri possunt modi vacadi, in quibus exemplificari potest illa regula.

QVÆSTIO OCTAVA.

Q VAE R O, an regula ista debeat obseruari in subrogatione facta per obitum collitigantis familiam naturalis, vel in gratia. Si neutri, Perinde valere, vel in milibus impetrationibus?

SOLUTIO. Gloslator h̄c in 3. fol. tenet quod nouatione assignat, quia ista regula non tollit beneficium regale subrogandis collitigan. Nam licet ista regula sit vicina secunda

secundum ordinem, & ultima tollant priora, iuxta c. t. de A
constit. lib. 6. nihilominus quando constitutio prima non
est contraria ultimae, sed possunt se compati, tunc ultima
constitutio non tollit priorem, etiam si ultima habeat clau-
sulam derogatoriam, cum clausula, Non obstante. ut not.
Bar. in extrauag. ad reprimendam. in verific. non obstanti-
bus. Et ita dicit fuisse tentum in Rota, ut hic latius per eum.
Videm dicit glos. in regul. de subrogandis. fol. 4.

Addit pro ita opinione Fely. hic, qui afferit, ita concor-
der hanc opinionem tenuisse Roram. Et hoc idem ad-
notauit Bar. de Petra sancta, auditor Rotæ, in calce cuiusc-
dam informationis factæ tempore Iulij, super uno benefi-
cio Hilpalen. Et idem adnotauit D. Pet. Andr. in quodam
reptorio decisionum. Et ita hodie tenetur, & quanvis B
omnes prædicti Doct. afferant ita iudicatum fuisse: nullus
tamen prædictorum assignat rationem decisionis prædi-
ctorum, nisi Glosator, quem superius retuli. Et tamen illa ra-
tionis Glosatoris, iudicio meo non videtur multum efficax.
Ideo fortè quidam antiqui aduocati, Paulus Ponta. And.
de sancta Cruce, & Ioan. de Baranzellis, & nonnulli alij
eциll. Doct. illa ratione non obstante, in quadam causa
Magni, præb. contrarium consuluerunt: ita ratione, quia
regula ita priuilegiata Cardinalium non continet in se nisi
valicationem, videlicet, ut Cardinales per istum modum
præfandi conuenient habeant priuilegium disponendi, &
ne valeant alium familiarem loco deperditi vel defuncti
pro suis seruitiis subrogare. Et in hoc principaliter est fa- C
moris regula, quæ præstat hoc humanitatis solatum
Cardinali, qui perdidit familiarem suum, ut in simili dicit
ter in l. iure succursum, in princ. ff. de iu. dot. Vbi defuncta
ab iunctum esse putat Iurilicōsultus consolari patrē, ut lo-
cali loco reddatur ei dos. Et quodammodo in l. si filius.
de bo. dam. consolatur pater ex morte filii militis, si illi
succedat in Castrensi peculio. Ad idem text. in l. 4. §. cùm
iurem. ff. ad leg. Rho. de iact. Et idem dicendum est in ca-
stro contrario, ut dicitur in l. 3. §. sed utrum versi. quid ergo.
Ede mino. quem ad hoc allegat Bald. in l. fin. C. de visu rei
indica. Nam honestum est, & iuxta dictum Apostoli, hu-
manitate plenum, quod Cardinalis qui so cius fuit tribu-
tuum & onerū gubernando familiarem suum, sit etiā

Dparticeps & socius consolationis. Quia de iure natura est, ut qui habet onus, debeat etiam habere commodum, ut dicit text. in l. secundum naturam. ff. de regu. iur. Et ista ratio pariter militat in subrogatione, sicut in imperatio ne. Ergo eadem esse debet dispositio.

Et pro ista opin. facit, quia licet beneficium, super quo impetratur subrogatio, sit litigiosum, illa qualitas non licet differre beneficium à beneficio: quia quae different qualitate, non differunt specie. l. si. ff. de fun. instru. notar. Mod. in rub. de proba. Cum igitur ista regulă in dubio, & generaliter loquatur de impetrante beneficium, venti cari debet in impetrante beneficium per viam subrogationis. Quia generalis dispositio, capit omnes suas sp cies, etiam qualitate differentes, ut notat Bal. in l. in fide. dem. ff. de testa. milit. per text. not. in l. i. §. quod autem de aleato. not. Decius in c. 2. de præben. & alibi sape.

Nec obstat quod regulă ista sit exorbitans: quia licet negari possit, cum videatur potius principaliter fonsibilis, licet secundario odiosa, ut dicitur de Velleiano. in l. qui exceptionem. ff. de condi. in deb. nihilominus, tene do quod sit exorbitans, in exorbitantibus sit extenso. l. paritate rationis; etiam ad casum non proprium, sed ex sublata significazione vocabuli potest comprehendendi, repetit in gl. eligatur. in elem. i. de elect. cum simil. Ad idem in gl. quæ iuncto tex. loquitur de beneficio litigioso: in cl. auditor. in versi. beneficium. de rescrip. Facit optimè rescripta gl. in l. i. C. de his, qui ante aper. tab. Et ista ampliatio & extensio ad istum casum fieri debet, contemplatione personarum, de quibus loquitur regulă. Quia dispositio solet restringi, vel ampliari secundum qualitas personarum. l. plenū. §. equitii. ff. de vnu & hab. cum elect. vt scribit Fely. in c. causam, quæ in 12. col. de rescript.

Istis tamen non obstat. teneo primam op. Rota quæ se stior, ac magis iuridica videtur, istis rationibus. in prima quia certum est, quæ beneficia litigiosa in curia fuerint affecta soli Papæ, quæ si unus ex colligantibus monitione curia, nullus de illis prouidere potest, nisi Papa. Et si locum auctum fuerit, est irritum & inane. c. 2. vt li. pendebit ad ele. i. eod. titu. Et talis dispositio pertinens Papa, intellegitur libera, ut dicitur in d. clem. i. in fi. Et sic non requiri conculcari.

confensum alicuius, ergo neq; Cardinalis. Quia illud dicatur liberum, quod potest fieri sine alterius consensu, vt not. Abb. in c. de multa. in 4. notab. per illum tex. de præb. & est tex. in l. i. C. de sacrosan. eccl. & ibi Mod. cum concord. vt scribit Alexan. in consil. 96. in princ. in 5. volu. Sed subrogatio sit de beneficio litigioso. Igitur, &c.

Accedat, quia ab vsu patris familiæs, qui debet attendi iuxta l. vel vniuersorum. ff. de pig. a. & l. si seruus pluriū. de leg. i. aliud est impetratio, & aliud subrogatio. Et licet subrogatio veniat appellatione impretrationis, sicut arrogatio appellatione adoptionis, nihilominus simpliciter sumptu inter se differunt re, sicut differunt nomine, alias adquid diuersis nominibus nuncuparéntur? iuxta l. si idem. C. de codicil. Impetratio igitur ab Itylo curiae est illa, qua pure & principaliter sit de beneficio: sed subrogatio, Gratia si neutri, Perinde valere, & similes, quæ sunt in aliquos euentus, & propter aliquam causam præcedentem, appellantur gratia accessoria & secundaria. Regula igitur ista, quæ loquitur de impretratione, intelligetur de illa primæ, & principali, non autē de subrogatione, quæ secundariō sit, quæ nō solet appellari simpliciter impetratio: sed gratia admixtatiua: & sic impetratio qualificata, & secundum quid. Verba igitur in dubio de impretratione loquuntur, debet intelligi simpliciter, non secundū quid. l. i. ff. de don. l. hoc legatū. ff. de leg. 3. Et ista op. vltterius suadetur, quia subrogationes à iure sunt inuictæ, propter utilitatem publicā ecclesiastū, ne propter nouos aduersarios, C. qui interdī malitiōsē peritorib. subrogātur, litigia in ecclesiastū dispendiū prorogari cōtingat: vt dicitur in d. c. viii. pend. li. 6. Et ideo subrogatio debetur collitiganti ex beneficio juris, propter prædictā rationem, vt litigia iam accepta citius terminētur. Sed si in ista subrogatione obtenta per obitum familiaris collitigantis fortè ab aliqua persona ignota ipsi Cardinali, vt sāpe contingit, requiretur cōsenitus Cardinalis, clarum est, q; à cōmuniter accidentibus Cardinalis, non facilē cōsenitum præstabit, sed potius in longū differet, vel certè negabit. Quia talis cōsenitus Cardinalis quo dammodo aequipollit cōcessioni, viā c. pastoralis. de dona. quæ facile non sit ignotis: & sic ecclesiā diuinus vacabunt contra utilitatem publicam, vt

Dicitur in d.c.2. Esset igitur alienum à mente iuris & equitatis, q; in talibus subrogationibus requereretur consensus, per quem posset vel retardari, vel impediri actus: & regula de subrogandis: quae est iuri consona & aqua, per hoc reddarur frustratoria, quod non est dicendum.

Postremò facit, quia, vt dixi, subrogatio fit de beneficio litigioso, de quo nullus habet dispositionem, nisi Pape & ideo non requiritur consensus: d.c.2. vt li. pend.li.6. Nō sicut beneficiū iuris patronatus laicorum potest per Papam liberè conferri sine derogatione, quādō est litigiosum, est communis stylus signaturæ, vt est text. in d. clemat. tradit Fel. in tract. quando lit. apostolice, &c. eo de mō & beneficia familiarium Cardinalium quando sunt linguis.

Esa, poterunt etiam per Papam sine aliquo consensu alio subrogari. Hoc tamen putare procedere, quādō subrogatio fieret colliganti, quia videtur illi quodammodo abita: secus si alteri nō colligāti, quo ad hoc, vt Cardinalibus in iurib, suis minūs præiudicetur, quām si possidet.

Ex quibus etiam infertur, q; ista regula non habet locum in gratia, Si neutri, que fit de beneficio litigioso, ut concidunt Domini in causa inferius alleganda. Imò fortius rouit Rota in vna Nanetē, alias Metē, canonicus, & p̄bendx pro Petro Caireti, contra Gerardum hominum ram domino Marcello, de mense Decembri M.D.XXII, quādō hoc procederet, etiam si gratia, 'Si neutri, esse petrata pro futura lite, ex eadē ratione: quia ex quo dicitur gratia non habet effectū, nisi quando cōstiterit per contumaciam litis, neutri litigantiū ius competere, ille euentus habet considerari: & tunc quando de tali euentu traditum discuti debet de virtute regulae, quod fit in ipsa lite. Et cōstat gratia, Si neutri, eo tempore, fuerit impetrata, quo anno erat lis: nihilominus gratia erat valida ipso iure: quia ista nō annullat, nisi quādō producitur: & producitur postea, nisi durante lite, quo tempore gratia, Si neutri, recorobur, & esse suū, nec attenditur initiuim imperacionis.

Quia quādō principium habet relationem ad finem, annidetur finis, & non principium. I. si pater. & I. cū apud de hæred. insti. & I. eam, quam. C. de fideicom. & reali exemplificando notab. Bal. in l.1. ff. de orig. iu. Sic dicitur econtra, q; quando finis habet necessariam consequen-

iuris & quod
rever conser-
viri actus &
na & equit
dicendum.
fit de bens
onē, nisi per
pend. i. s. N
otest per Pisi
litigio sum
in d. clemat
c. eo de mol
o sunt imp
onensu al
nādo subrop
dammodo
e, vt Catoni
sit possibl
on habet hoc
iso, ne res
nō fortius re
catus, & p
n hominū
i M. D. XII
eutri, etiam
a ex quo dī
teris per e
le euenis
entu tradic
ipsalite. Ilo
rata, quo ad
iure quo re
duci non
neut, neq
trationis
d finem, am
cūm apid
m. & reali
iu. Sie diem
m confessio

tum ad principium, attenditur principium, & non finis, **A**
vt dicit text. in l. damni infecti. la prima. §. Sabini. ff. de
dam.infec. quod est notandum.

Q. VAE S T I O N O N A.

Q VAE R O, nunquid in declaratoria facta incontinenti
ad primam gratiam, in qua fit mentio de fami
iliaritate Cardinalis, debeat seruari ista regula?

S O L V T I O Ioan. Alois. Tuscanus aduocatus quon
dim celebris in quodam suo consilio reddito in causa Sa
gien. Archidiaconatus, incip. vtrum bulla posita in primo
volumine consiliorum suorum. fo: 6. tenuit q. non, etiam si
in dicta declaratoria augmentaretur ius primum. Quia
licet talis declaratoria possit dici donatio, quia qui con
firmat, donat. l. obuenit. ff. de verb. fig. & per consequens **B**
in ea requiratur eadem expressio, qua in gratia principa
li, per not. in not. in c. si apostolica. de præb. lib. 6. tamen
illud procedit, quidam talis declaratoria fuisset facta ex in
tervallo, vt loquitur text. in d. c. si apostolica. & Archi. in
c. si motu proprio. eod. tit. & Doct. in d. c. de rescrip. lib. 6.
& in ele. si. de offi. ord. Secus autem, si declaratoria fuisset
facta incontinenti, videlicet successiuē vnum post aliud,
eo. die quia tali casu pro eodem reputantur, nec requiri
tur expressio istorum requisitorum in regula. Ex eo, quia
qua incontinenti fiant, inesse dicuntur: vulg. l. lecta. versi.
dicebam. ff. si cert. pet. cum vulg. Et propterea videmus, q.
protectione declaratoria voluntatis, intelligitur repetita in
acta, qui gerunt incontinenti, non autem in eo, qui geri
tur ex intervallo, vt declarat D. Ant. in c. cūm M. de cōsti.
Bar. & alij in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nunt. per
text. in l. per retentionem. C. de vsur. cum concord. vt ibi
per eos. & Saly. in l. pacta nouissima. C. de pact. Facit etiā
pro ista opinione notabile dictum Bal. in l. iurisurando.
C. de testib. & qua dicit Are. in c. de testibus. cum concor
. vt scribit Fely. in c. qualiter. el. 1. & 16. col. de excusa. &
quod notabiliter dicit Alexand. in consil. 30. col. penult.
lib. 4. Sicut videmus, quod Perinde valere, qua sit in ipsa
gratia, non requirit expeditionem literarum, licet de ro
ga gratiae: secus si fiat ex intervallo: & sic limitatur regu
la de non iudicando, nisi per literas expeditas, vt ibi di
cuntur, praesertim, quia in his, qua fiant incontinenti, dicitur

Dabesse præsumptio fraudis, vt tradit Ias.in 1.4. §. condonatum. in 3.col. ff. de re iudic. post Abb.i n c. sulcitata. restitu. in integr.

Sed aduertendum est diligenter, quia si predicta esset vera, multum restringerentur & limitarentur dicta Arch. in d.c. si motu proprio. & not. in d. c. si apostolicz. Ideo dubito certè, an sit vera illa restrictio, seu limitatio, ex ea quia declaratoria augmentatua iuriis primazui, dicit noua concessio, & principalis de per se, vt dicunt prædicti Doctores. Vnde qua ratione in prima gratia deberetur ista regula, eadem ratione & in tali declaratoria, videntur Ro. in consi. 383. in proposito casu. in princ. & sequitur Feij. in c. in nostra. in 16. corr. de rescrips. Et ista ratio p-

Est militat in declaratoria facta incontinenti sub causa data sicut facta ex interuallo, vt dicit Domini. in consil. in 2. dubio. Vbi loquitur de gratia, Perinde valere, emuldatae cum prima. Et tamen ex quo erat augmentatio iuriis, tenet per plures rationes in ea requirentem eorum omnium, quae requirebantur in prima gratia. Et hoc idem tenet etiam Fel. in c. ad aures. in 2. col. de res.

Nec obstat, quod ea quæ incontinenti sunt, confunduntur inesse: quia illud est verum, quando illud quod fit incontinenti, non inducit aliquid de novo, quod alterius actus procedit decisi. in no. 274. cum superius alleg. Secus vero inducitur aliquid de novo, quia reputatur corpus per se, & non in eis, quia est diuisa ratio, vt patet in exem-

Fpto tradito per Mod. de Monteferrato in trad. telem. nu. 231. & Salic. post Cy. in l. iurisurandi. in 2. q. C. de Ias. & Ias. in l. iurisgentium. §. quinimo. in 2. & 3. notabiliss. ff. de pact. Cogita tamen: quia res non est in eis dubius, potest de facili utraque pars sustineri, maximè cum regista sit exorbitans a iure communii. Et circa itam declaratoriam videnda sunt, quæ dixi in regula. De non solo iure quæsito. in 13. quæstio.

QVÆSTIO DECIMA.

QVÆRO, quid si tempore imperationis beneficium non erat litigiosum, quo tempore Cardinale debebat, prætare cōsensum: sed antequam in præstaret mouetur lis super beneficio, an post taliter posse cōsensus prætari?

SOLUTI

SOLVITIO. Pro resolutione istius questionis distin- A
guendi sunt quatuor casus. Primus, quando lis mouetur
huic imprestanti per secundum imprestantem, qui habet con-
seuum cardinalis. Et tali casu tenet Glossator, q̄ secundus
preferatur, per tex. in c. si pro te. de rescript. lib. 6.

Tamen aduertendum est, quod iste casus est satis du-
bius, ex eo, quia tex. in d. c. si pro te. procedit in gratia pri-
ma conditionali. Et in questione nostra nulla fuit gratia
conditionalis, sed pura, quo casu d. cap. si pro te. non pro-
cedit. Quinimò d. cap. si pro te. non procedit absolute in
omni conditione, sed tantum in suspensiua conditione,
que nihil praeter spem ponit in esse, vt in l. cedere diem. ff.
verb. signif. Et in tali conditione non impeditur ante eius
eventum actus fieri & consummari, vt in exemplo d. cap. B
si pro te. Sed ubi conditio esset resolutiva, quae presup-
ponat ins purum praexistere, licet resolubile, prout in ca-
suno nostro d. c. si pro te. non procedit, vt in terminis decla-
ra Oldi. in consil. 285. in 2. col. qui allegat ad hoc tex. in l.
proponebatur. ff. de cast. pecu. & in l. seruum filij. in princ.
ff. de leg. 1. Et colligitur hæc distinctione ex l. 2. ff. de in diem
adiecio. & l. 2. ff. pro empto. cum aliis concord. vt ibi per
cum. Faciunt etiam pro hac parte ea, quæ de conditione
resolutiva scribunt Moder. in c. cæterum. de rescript. Ac-
cedunt etiam, quæ dicuntur in l. si. iun. & gl. C. qui admit.
& in l. 1. §. quibus ff. de success. edic. & l. si filio. §. contra. ff.
de mortific. testa. In quibus iuribus cauerit, quod durante
deliberatione primi gradus, non admittitur secundus vel C
vterior gradus. Quæ omnia in casu nostro militant. Nam
sue teneamus, quod prima impreratio fuerit pura, siue
sub conditione resolutiva, tacita vel expressa, secundus
nunquam admittitur, donec primus potest habere con-
sensum. Sed in casu nostro presupponitur primum impe-
rantem ante item sibi motam per secundum non peti-
se consensum cardinalis, sed post item sibi motam, & sic
sit pendente. Ergo secunda impreratio non faciens ex-
pellam mentionem de prima, non debet valere, vt in pun-
cto tradit Domi. in consil. 107. in vlt. col.

Nec obstat, q̄ consensus cardinalis fuit præstitus pri-
mo imprestanti post item motam, & imprestationem alte-
mas: quia nihil refert. Nam ex quo impreratio prima fuit

DD

D pura, sub tacita conditione resolubili, talis consensus protest quando cunque praestari, dummodo praestetur antequam opponatur de ista regula. Nec habet locum diffitio d. cap. si pro te. vt superius est dictum. Et quod talis consensus possit quando cunque praestari, tenet Innocentius cap. cum consuetudinis de consuetu. quam refert Socin. consil. 23. in 5. col. lib. 4. cum pluribus concord. que convergit Roch. Curt. in tract. iur. patr. in verbo, pro eo quod in 4. q. Et secundum istam opinionem videbatur interloquendum inclinare Rotam, dum ita difficultas proponeatur de mense Ianuario, m. d. x x x v. in causa Meteaci nonicatus coram D. Marcello, licet nihil tunc firmare, pro certo.

I Secundus casus est, quando secundus impetrans opponit de regula in iudicio, antequam præstetur primo impetranti consensus. Et iste casus est magis dubius, ex quo quando cardinalis præstat consensum primo impetrantiam gratia erat nulla ipso iure per oppositionem regulae. Et tali casu consensus debet à principio præstari, non post actum nullum, vt dicit Inno. in d. cap. cum consuetudine & sequitur Socin. vbi suprà.

Tertius casus est, quando secundus impetrans non habet derogationē regule, & primus opponit de ea. Ad hanc ipse secundus opponit contra primum de regula. Et in casu si secundus impetrans non habet gratiam, Si enim non est possessor, est dubium si possit excipere, cum in talis intersit, ex quo nullum habet ius. de quo videndum est decif. 419. in anti. inci. Nota an reus, & decif. 160. in aperte.

Quartus casus est, quando secundus impetrans non opponit de ista regula. Et iste casus est expeditus per nos Fely. in c. 1. de re iudic. quia tali casu regula non annulatur nisi opponatur: & sic valebit prima impetratio.

Finaliter concludendum est, qd consensus potest aliam gratiam præstari per cardinalem etiam lite penitentia alias per oppositionem regulæ, gratia reditur nullum.

QV AESTIO VNDECIMA.

QVÆRO, quid si ipsemet cardinalis impetrat pro alio beneficium vacans per obitum sui familiare aut intercessit pro impetrante, vt gratiam con queretur, vel consensit verbo, qd aliquis prædictum bene-

confensus
prestetur ame,
et locum dispo-
natur. Et quod tali
teneat innocen-
tia refert. Secundum
cord. qui con-
sensit, pro eo quod
ebatur inter lo-
cutas proposi-
causa Meteori
tunc firmum.

mpetrans oppo-
setur primo in
dubius, et
mo impetrant
tionem regu-
laritati, non po-
tius confusione
aperturas non
ait de ea, sed
e regula. En-
iam, si nequa-
tere, cum inno-
videndum est
is. 160. in quo
operans no-
situs per non
a non annul-
ratio.
us potest ac-
cidentem bene-
ficium ben-
eficium bene-

ficium impretraret: nunquid satis factum sit isti regulæ, non A
facta altera mentione in gratia de familiaritate, nomine,
& titulo, vel consensu cardinalis?

SOLVITIO. Ista quæstio continet tres casus. Primus
est, quando ipse cardinalis pro alio impetrat. Secundus,
quando ipse nō impetrat, sed intercedit pro impetrante.
Tertius, quando verbo contentus fuit, quod alius impe-
traret beneficium sui familiaris.

Circa primum, videtur dicendum hic esse duo consideranda. Primum circa expressionem familiaritatis, nomi-
nis, & tituli. Secundum circa expressionem consensus: de
primo non videtur mihi satis factum esse regulæ. Quia si
talis expressio familiaritatis in impretratione requiritur
propter reuerentiam & honorem cardinalis, talis ratio B
cessat ipsomet cardinale impetrante, vt dicit summarium
decisi. Egid. 632. & hoc tenet sub dubio. Moder. in tracta.
referatio. in q-prin. in 17. effectu. versi. tertium est. Et pro
ista opin. facit ratio tex. in c. dilecti. de appella. vbi dicitur,
quod consensus requisitus ad aliquem actum, magis ex-
primitur actu, quam verbis. Et per hoc dicebatur diebus
præteritis in una Hispanen. beneficiorum coram R. D. Sil-
vestro Dario, quod ex quo cardinalis in impretratione cu-
mildam Laurentij de Ortega reseruauerat pensionem quin-
quaginta ducatorum, & addiderat ad supplicationem duas
lineas manu sua propria, quod ex hoc videbatur satisfa-
ctum regulæ requirentis expressionem familiaritatis, &
alii, de quibus ibi, pro quibus faciunt ea quæ Moderni C
Perusini tradunt in c. commissa. in 2. not. de elec. lib. 5. &
Arch. in cap. si seruus. post medium, § 4. distinct.

Circa secundum, nūquid per huiusmodi actus videatur
cardinalis praestitisse consensum, vt requirat regula? puta-
rem q. non, quia regula ista, quæ de consensu præstando
loquitur, debet intelligi de expressio, non autem de tacito
consensu elicito per interpretationem, iuxta ea, quæ not.
Cardi. in cle. s. xep. §. si tamen. in secunda oppo. de verbo.
q. quod ratione fundatur. Nam ex quo consensus nihil
illud est, quam duorum simul sensus, vt dicit Bald. in l. fin.
col. 1. C. ad Mace. ille sensus percipi non potest, nisi ver-
bas vel scriptura exprimatur: vt in l. sed & si quis. §. penult.
colum. verbi. venio ad quæst. ff. si quis caut. cum concord.

DD. ij

Dvt scribit Dec.in l.sicut certi.in 3. colum.C. de testamento milit.facit l.Labeo.ff.de supel.leg.& l.1.§. ff. de verbis oblig.& not.Bald.in l.pacta nouissima.colum.f.versic.& vltimò facit.C.de pact.

Et ideo ex quo ista regula pro forma requirit cardinalis assensum,debet intelligi de expreſſo : nec tacitus conſensus ſufficit, vt Rota tenet in decif.15.de of.deleg.in no. Nec ex eo, qnia cardinalis impetrā videtur expreſſe conſenſum praetare:quia aliud eft impetrare, aliud conſentire; ſicut aliud eft contrahere, aliud contrahenti conſentire, vt dicit Bald.in l.1.in fi.C.de paſt.& facit tex. in l.aliud eft vendere. ff.de re.iur. ſicut etiam aliud eft eligere, aliud electioni conſenſum praetare:vt notat Innoc. in cap.cum

E in iure.de elecſt. ſequitur Bal.in margarita.in verbo, conſensus, qui allegat text.in l.fi pater. §.fin.de ma.vin.Et po iſta tenuit præteritis annis Rota in vna Tullen.parochialis me præſente, q priuilegia militum S. Petri aliter ſuſtantur militi agenti pro ſeipſo, quā nominato ab ipſa. quia in primo eft verus actus,in ſecundo eft ſolus conſeſſus.Iſta enim ſunt diuera, auctum facere & conſentire, & tradit Bal.in l.2.col.antepen.C.de refcin.vend.

Concludo ergo quo ad iſtud primum caput, quod dicitur impetratio cardinalis non habetur pro conſenſu, ſed requiritur, quod cardinalis per ſuam ſchedulam confeſſio fidem faciat in Cancellaria, & ita ſe habet stylus, ut reddat Hierony.Paulus antiquus Cancellariæ vicecorreſector,in illo libro practicæ Cancellariæ fol.83.versicu.Item quando conſeretur beneficium vacans,&c. ſecundum Modenam Sabinen.in tractatu referuat.in 4. quæſt.principali. in effectu.in fi.

Nec obſtat tex.in l.cum quis. ff.de regu.iur,quod paſſint,auctum facere,vel facienti conſentire , quia illud procedit in auctibus,in quibus quis tenet conſentire de re ceſſitate:nam in tali caſu faciens auctum conſentit, ut dicitur tex.in l.in auctibus. §.pen. ff.de dona.tradit Iafon in l. ad dotis.nu.66. ff.solu.matri. Et ita limitatur per Federem. Et Senis tex.in l.aliud eft vendere. ff.eod.tit. qui procedit conſenſu voluntario. ita declarat Feder.conſi. prim. auct. col.volū.paruo. vbi alias limitationes ponit. & ita decitantur dicta Bal.in l.filius famili. ff.de procurat. & Accu-

in l. Gallus. §. forsitan. in 4. col. ff. de lib. & posthu. & circa A
 hoc alias limitationes scribit Moder. Purpuratus in l. fin.
 nu. 97. cum seq. C. de pæct. post Decium ibi. 6. col. & aliter
 Bal. in l. si ut proponis. C. de ser. pig. dato manu. & Decius
 in cap. super eo. in 3. colum. de offic. deleg. & in cap. 2. in 6.
 colum. de iudic. post Iason. in l. i. in 19. col. nume. 121. ff. de
 leg. i. & Corneum consi. 144. in princip. lib. 3. & ante ipsos
 Bart. in l. post dotem. in 4. col. nu. 13. ff. solu. matrimo. quæ
 omnia ultra do. & tor. in d. l. aliud. sunt notanda ad declara-
 tionem, & concord. d. l. cum quis. & d. l. aliud. quæ duæ le-
 ges in proposito istius materiæ multum faciunt.

Secundus casus quæstionis est, quando ipse cardinalis
 non impetrat, sed intercessit pro impenetrante, an per hoc
 videatur consensum præstare?

B SOLVITIO. Videtur prima facie dicendum satis factum
 finis isti regulæ, prout de hoc videtur esse in terminis de-
 ciso Egidij 560. incip. conclusio, quod si P. & C. vbi circa
 medium tenet, quod quando cardinalis gratiam pro alio
 procuravit, non est necessaria mentio familiaritatis ipsius
 cardinalis, quia tunc non potest dici cardinalis deceptus:
 arg. l. quisquis. C. de rescind. vend.

Tamen circa hoc aduertendum est ad duo, quæ sunt
 hic consideranda. Primum, ratione expressionis familia-
 ritatis, nominis, & tituli: & de hoc loquitur Egid. Secun-
 dum effratione consensus. Circa primum dicetur in se-
 quenti membro, vbi iste casus qui est illi similis, decidetur.
 Circa secundum de consensu dicendum, vt superius dixi **C**
 in primo casu. Nam attento stylo concludendum est, non
 esse isti regular satis factum: quia, vt dictum fuit in prox-
 imo capite, consensus expressus hic pro forma requiritur,
 & quod per schedulam cardinalis præstetur: sed licet per
 intercessionem cardinalis consensus videatur induci: ille
 tamen consensus est tacitus, in quo de facili fraus cōmitti
 potest. & ideo concludendum est, illum non sufficere, sed
 requiri consenfum expressum, quia in formalibus tacitus
 non sufficit, vt in c. statutum. §. in nullo quoque. de rescri-
 bit Socin. in consi. 116. 3. volu.

Tertius casus est, quod cardinalis verbo consensit, q.
 aliquis impetraret beneficium sui familiaris defuncti, non

D facta aliqua mentione in supplicatione familiaritatis, re
consensus. Et licet iste casus sit dubius, secundū Egid. dec.
632. incip. supposita, &c. in fi. verbis. in qua decisione istum
casum latè disputat, & ponit rationes pro vitaq; parte, in
quo Domini fuerūt varij, &c. vt vtar verbis decī. 16. de refl.
spol. in not. quasi diuīsi per medium. Nam quatuor fuerūt
pro parte affirmatiua, & quatuor pro negatiua, quoru[m] u
ditorum nomina Egid. ibi exprimit: nihilominus Egid. in
tenet regulæ non cīse satisfactum. Quod probat quinque
rationib. quas non euro referre, cum ibi videri possint. Et
ista op[er]i mihi placet, cum qua transeat Moder. Sabine
in d. tract. reseruat. in 17. effectu. versi. secundū est. Pro du
opin. à fortiori militant omnes rationes superius posse
E in primo casu, & text. in d. l. aliud est vendere. cū remissi
ibi positis, quæ non repeatam breuitatis causa. Et pro ih
quæst. faciunt ea quæ dicam inferius quæst. 19.

Q. V. AESTIO D. VODECIMA.

QVAERO, quid si unus cardinalis impetrat benefici
familiaris alterius cardinalis, nunquid tenetur fac
uare contenta in ista regula?

SOLVITIO. Ista questio incident in illud dubium, an in
generali dispositione comprehendatur cardinales? Quo
læpius in pluribus regulis huius commentarij tractavi. No
hic ero breuis, solum considerando aliqua motiva, qua
dictis locis non posui.

Dico igitur, quod in ista quæst. sunt consideranda de
F capita. Primum est illud, de quo diximus. Secundū etiam
cardinalis priuilegiatus contra pariter priuilegiatum de
beat vii priuilegio istius regulæ?

Circa primum, ultra ea, quæ dicta fuerunt in aliis regu
lis, adde quod istam questionem disputat D. Gudisal
de Villadiego, quondam auditor Rotæ in suo tract. Ca
dinalium, quæst. 12. Et distinguit tres casus, ex quibus i
summa nō referto, nisi vnu, faciēs ad propositū istius que
stionis, videlicet quādo constitutio est generalis & rama
bilis, qualis est ista, licet sit pœnalis, & tunc cardinalis
comprehenduntur, vt patet in ca. si quis suadente. 17. q.
Vbi hoc notat Archid. cum concord. alleg. ibi per eundem
modum per eandem rationem dicimus, quod cap
tulum, de multa. de præbend. comprehendit cardinalis
secundū

secundum Abb. in capitulo, ecclesia. el secundo. de elect. & A
 alibi sape, vt dixi late in repetitione mea d. cap. de multa.
 Et idem est dicendum in pluribus aliis similibus disposi-
 tionibus generalibus, quæ curiosus facilè inuenire potest.
 Eiusdem dicti ratio in hoc concluditur, quia lex generalis
 omnes subditos cōprehendit, excepto solo principe cap.
 omnis anima. de censi. cap. i. de constit. vbi hōc notat Fely.
 in 8. colum. & Moder. in l. cunctos. C. de sum. Trin.

Nec obstat, quod cardinales sunt in illustri dignitate:
 quia videmus idem in Augusta, quæ licet vna caro sit cum
 imperatore, & illustretur radiis dignitatis ipsius: nihilominus legib.
 imperialibus astringitur, vt dicit text. in l. prin-
 ceps. & legibus. Et senatores, & alij maiores plebis, qui
 concutunt cum principe in condendis legibus. vt in c. lex. B
 i. distinct. & in l. humanum. C. de legib. nihilominus legi-
 bus adstringuntur. Quinimò ipse idem princeps ligatur ra-
 tione ipsius legis, vt tradit sanctus Thomas i. secundæ
 qual. 96. art. 5. Plura alia ponit do. Gundisalvus, quæ, bre-
 uam studens, non euso referre. Cōcludo ergo ex præmis-
 sis, quod in generali dispositione, etiā pœnali cardinales
 comprehenduntur. Et ita domini mei concluserunt die 8.
 Novembri. M. D. xxxi. in vna Valentina Archidiaconatu
 in Xatiua, pro Constantino de Castillo coram me, in
 qua voluerunt, quod cardinalis de Vich, tanquam diœces-
 fanus, comprehenderetur in indulto conferendi beneficia
 vacuaria in sua diœcesi, concessio Card. Leo dien. archiepi-
 scopo Valentino, licet nulla esset facta mentio cardinalis. C

Sed omnia ista limitantur non habere locum, quando
 dispositio illa generalis non haberet locum in gratia facta
 motu proprio: quia tali casu, ex quo cardinales omnes ho-
 ne impletar motu proprio, & in dubio eius gratia ita im-
 petrant per antiquas regulas, vt dixi in prin. huius reg.
 non procederent ea, quæ lupetiū sunt dicta. Sed quo ad
 tam regulam bene militant, propter ea, quæ diximus su-
 perius in secunda quæstione procemij istarum regularum.
 Secundum caput istius quæstionis est, nunquid cardina-
 lis patronus familiaris mortui, vel alius impetrans possit
 oponere cōtra cardinalē impletante, qui est pariter pri-
 uilegiatus, de ista regula? Certe prima facie videretur dicen-
 deri non, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra

DD iiii

Dpariter priuilegiatum, vt est text. quem ibi not. Abb. in causa
cū causam de præben. Et ideo dicit Bald. in L. C. de p
uileg. fisc. per illum text. quod priuilegia quæ scholarum
tribuuntur, per authen. habita. C. ne fil. pro pat. non habet
locum, quando scholaris agit contra alium i scholarem. Pa
ri modo nec fiscus vtitur pritilegio suo cōtra alium fisci
vt dicit idem Bald. in cap. 1. colum. 2. de proba. alleg. ter. a
1. sed si milites. ibi, paritas enim honoris, &c. s. de exala
tuto. Per quem text. voluit idem Bald. in cap. causam. alt
de iudic. quod dispositio l. non eo minus. C. de proc
procedit, quando minor agit contra minorem. Fac quo
scribit Oldr. consil. 119. Titius. in fina. & loan. And. in reg
la, in iudiciis. Et eodem modo si duo habent priuilegium
immunitatis ab eorum credito ribus, vt per aliquod temp
non possint conueniri, non habebit locum inter se. Q

Evr dicit Pet. de Ancha. in consil. 36. in 2. col. Et plura em
tradūt Mōd. in c. 1. & in c. in præsentia. de prob. quæ om
applicata ad casum nostrū, videatur idem concludēt.

Tamen considerandum est diligenter, quia in causa
stro prædicta motiva applicari non possunt, non solu
lo respectu, quia cardinalis impetrans nullum habet pri
uilegium istius regulæ: quod solum competit cardinali
dominis familiarium defunctorū, de cuius familiaria
tui beneficio agitur. Ille igitur cardinalis vtrum priuile
giatus istius regulæ, non cardinalis impetrans. Et sic illud in
causam, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra
riter priuilegiatum, non procedit, quando alter tamquam
priuilegiatus in casu, de quo queritur, vt est hic ita in
F cie limitat illud dictum Abb. in c. audit. in pen. notab.
per illū tex. de in integ. rest. & in cap. ad aures. de prædicto
Bar. & Mōder. in authen. quas actiones. C. de sacro*canonico*
eccle. Et hoc militat, vt dixi in casu nostro: quia solum ca
rdinalis, cuius familiaris defunctus est, priuilegiatus ren
tur per istam regulam, non autem cardinalis impetrans,
cui non competit hoc priuilegiū regulæ, nisi propter de
rum suorum familiarium, & post impreationem bene
ciorum eorumdem.

Concludendum est igitur, regulam istam habere loco
isto casu, vt videlicet cardinalis impetrans teneat fa
mentionem nominis, & tituli illius cardinalis, de consu
mato.

miliaris mortui beneficio agitur. Alio tamen respectu car- A
inalis impetrans tenetur seruare istam regulam, quia in
ea tria requiruntur. Primum, quod exprimat impetrans in
imperatōne sua familiaritatem. Secundum, nomen & ti-
tulum cardinalis. Tertium, debet habere consensum. Et li-
cer duo ultima concernant prærogatiuam cardinalis pro-
pter defunctum familiarem: primum tamen requisitum re-
spicit pontificem, cui beneficia familiarium cardinalium
sunt reseruata per regulas, ut patet in regula tercia, suprà
codem. Et ideo requiritur mentio familiaritatis, alias gra-
dia est sub reptitia, ut dicit Rota in decisi. 15. de præben. in
antiquis. Et in terminis hoc cōsiderat Egidius in deci. 632.
& reallumunt Moderni. in tracta. beneficiorum in 3. parte
quælit. II. in 3. fol. & de hoc dicetur in alia quæstione. B

QVÆSTIO DECIMAE TERTIA.

Q VÆR O, ibi familiaris, &c. Quos intelligemus fami-
liares, quo ad effectum istius regulæ?

SOLV TIO. Illos familiares appellabimus, qui
actu deferunt, & continuam in domo commensalitatem
habent, ut dicit text. in c. fin. de verb. sign. lib. 6. & ibi notat
omnes. Nam illa dicitur vera familiaritas, secundum Do-
mum pen. notab. quæ corpore & dentibus fit. Et tales ap-
pellari ibi text. domesticos. Et licet text. hic de domesticis
non loquatur, illud tamen comprehenditur sub verbo fa-
miliaritatis: quia omnis familiaris est domesticus, ut la-
te declarat Fely. in c. in literis. in princip. & per totum. de-
testib. Et quanvis ita regula, ut dixi, non faciat mentio-
nem de continua commensalitate, sicut facit text. in d. ca. C
fina. nihilominus verba simpliciter prolata, in materia stri-
cta & exorbitati, sicut ista, debet intelligi verè & propriè,
mutta text. in c. penul. de sentent. excōmunic. & in l. f. C. de
is, qui ven. æta. impet. & l. i. §. hoc interdictum. et ultimo.
de fonte. Regula igitur ista de familiari continuo com-
mensali intelligetur. Et ita Rota intellexit, & interpretata
verba cuiusdam facultatis concessæ per Leonem x. Le-
gato Awinionensi: in qua excipiebantur familiares papæ
& cardinalium. Nam intellexit illam exceptionem de veris
familiaribus commensalibus, non de illis qui per priuile-
gium habentur pro talibus. Et ita conclusum fuit co-
rum me in vna Senescen. Prioratus de mense Februario.

DD v

LUDOVIC. GOMES IN REG.

D M. D. XXXVII. Nec, ut dictum est, sola cōmenſalitas ſuf-
ficit, niſi etiam aetus feruitis concurrat. Itaque copulan-
uē videntur iſta requiri à iure, vt habetur in dicto c. fin. &
notat in ſpecie Abb. de iſtis familiaribus cardinalium lo-
quens, in c. cūm dilectus. in fin. de cleri. non refid. cum co-
cord. de quib. per Fely. in ca. noſtra. in 21. cor. de reſer. quā
inter cætera allegat, licet corrūpte, Pet. de Anch. in con-
ſilio 233. in primo inquirendū. Sed licet ibi Petr. de Anch.
loquatur in capellaniſ papæ, de quibus etiam loquuntur
Card. idem tenens in confi. 126. colum. fin. versi. 4. conſi-
mantur. & Fely. in cap. ſi quando. in 2. colum. de offiſe. de
& Andr. Sicul. in confi. 57. in 2. colum. in primo volumine
Nihilominus hoc expreſſius, & in terminis familiaribus

E cardinalium tenet Petr. de Anch. in confi. 398. De qua
Fely. non meminit ibi, ſed in c. insinuante. col. 2. de offiſe
deleg. cum aliis cōcord. vt ſcribit idem Fely. in c. per cuius
col. fi. de maior. & obed.

Prædicta tamen declarantur, niſi de stylo ſola familiari-
tas fine obsequio ſufficeret: ſicut dicitur in collectione
ſub collectore, in deciſ. 14. de præbend. in antiqu. vel in auct.
rendariis, qui fine exercitio priuilegiis gaudent, videlicet
Glossator per illum textum in frā in regula prærogatiuum
expectantium. Pro quibus faciunt ea, quā dicit Fely. in
cleric. in 2. colum. de iudic. quia talis stylus attendere
vt tradit idem Felyn. in c. noſtra. & ſequuntur Moderni
traçt. beneficiorum. parte. 3. quæſt. II. Et in hoc articulo

F etiam consuetudo: Domin. l. 3. §. ſi fundus. ff. de lege con-
miſſi. Specu. titu. de loca. §. poſtquam. verſic. ponamus. Se-
præſuppoſito ſtylo moderno in caſu, de quo hic agit,
qui de vtraq. qualitate debet intelligi, iſta que dicta ne
procedunt a principio, quando familiaritas contradicit
in qua requiruntur illa, quæ dicta fuerunt, videlicet co-
mensalitas & obsequium. Tamen poſtquam familiaritas
deducta fuit in eſſe, licet poſteā ceſſet morte vel abſen-
tia vel alia iuſta cauſa: nihilominus regula proceſſit, vi-
dicitur expreſſè, vt in d. cap. fin. & tenet Bernard. de la-
gneto. deciſio. 20. de præbend. in antiquoribus. Et hoc
idem ſtatutum legimus in regula tertia, ſuprà cod. Quod
factum eſt propter extrauag. Pauli 11. poſitam inter co-
munes, in nouis imprefionib. in tit. de præb. quæ incipit

enfaltas lib.
que copulati
dicto c. fin. &
ordinarium lo-
cifid. cum co-
r. de regr. qd
anch. in consi-
tr. de Anch.
tiam loquunt-
ersi. & confir-
m. de off. de
mo volumen
s familiaribus
l. 398. Deco-
col. 2. de offi-
. in c. pertus
sola famili-
n collectione
atique vel in a-
udent, vi
prerogativa
dicit Fely. ne
s attendem
cur Modernis
hoc attenden-
ff. de lege cum
ponamus. se
quo hic agit
que dictam
as contraria
videlicet no-
am familiari-
te vel absen-
ocedit, vma
ernard. de la
oribus. En-
ora eod. Quo-
itam inter or-
eb. quia locu-

A ad Roman Pontificis, quæ hoc determinat ad perpetuam
memoriam. Et videtur istam regulam, quæ simpliciter
de familiaribus loquitur, declarare & extendere ad con-
tinuus commensales. Et ita declarari debent, quæ dicit
Felix c. de regularibus. in fi. de simo. & in Rub. de magist.
in 1. & in fin. col. Et Calde. in consil. 8. in titu. de offic. leg.
equitatus loquitur, & de quo Fely. non meminit.

Stat igitur conclusio, qd ista regula debeat intelligi de
familiaribus actu seruientibus, & continuus commensali-
bus. quam commensalitatem voluerunt Mod. Pontifices
datur debuisse saltē per quatuor mēses, ad euitādas frau-
des procurantiū se recipi ad effectū priuilegiorū, vt Leo
x. Hadrianus VI. & S.D. Paulus XI. in suis regu. statuerūt.
Estamen aduertendum vltius, quod si Cardinalis **B**
pertinet, quod aliquis familiaris continuus cōmensalis
non actu seruiret: nihilo minus regula ista haberet locum,
& diceretur verus familiaris, & gauderet prærogatiis, de
quibus Fely. in c. clericis. in 2. col. de iudic. Non tamen hoc
contrā procederet. Nam licet seruiret, si tamen non co-
mederet expensis Cardinalis, nō comprehendenderetur sub
ista regula per dictam extraug. Pauli, quæ requirit com-
mensalitatem, & ea. quæ superiorius dicta fuerūt. Et ista pro-
cedunt in familiaribus perseverantibus. Si vero recede-
rent, & postea penitentia ducti, redirent, non dicuntur
amplius familiares, nec numerantur inter permissois, nec
inter prohibitois secundum Ioan. And. in c. sicut. de verb.
signia nouella. sequitur Bald. in l. 1. col. 2. C. de episcop. **C**
& cleri. Hoc tamen ego intelligerem, quando Cardinalis
cum iterum non recipit inter familiares: quia ex quo fa-
miliaritas est quedam societas, vt dicit Petr. de Anch. in
dicto consi. quæ sola voluntate dissoluta fuit: ideo vt illa
ēmō restauretur, requiritur noua voluntas, per ea quæ
Bald. dicit in l. mandatum. C. manda. & Barba. in consi. 31.
ol. penult. lib. 1. Et ita intelliguntur ea, quæ dicit Domi. in
dict. pro quo videtur esse tex. in l. si p̄cniuit. ff. de diuor.
Et hoc procedit in claris. In dubio tamen ille qui seruit &
habeat in domo, præsumetur viuere expensis Cardinalis,
mihi contrarium probaret, quia non præsumitur quod de
venio vixerit, vt in l. fi. C. de ali. pub. præst. & quod ibi no-
te Bar. in l. cū seruus. ff. de verb. obli. Neque minus ser-

D uiendo cardinali, & habirando in eius domo præsumetur viuere expensis propriis, quia præsumptio est, quod viuat expensis cardinalis cui seruit, iuxta dictum Apollonii. Iustum est, ut de fructu quem quis seminat, & metat & contrarium præsumere, non videatur verisimile, neque item dum iustitiam: quia in honestum est, quod quis alienum uiendo, de suo se ipsum pascat, ut tradit Oldra. conf. 1. quæritur. & Maria. Socin. in tracta. visita. col. 34. Eccl. dicimus, quod qui altari seruit, debet de altari viuere, unde cum secundum de præbend. cum concord. de quibus per Rom. in consilio 340. non est dubium. in principio, ita ergo capietur præsumptio, qualis de iure communione dicitur: quod ius commune præsumit, ex eo loco quem.

E pere expensas debere, ubi laborat. Pro quibus factis quæ scribit Oldra. cōf. 211. ad propositū. post princ. & 11. xād. in cōf. 116. viso. &c. col. penul. libr. 6. Rom. cōf. 8. 11. fi. Et ita in specie reperio cōsuluisse Ludouicū de Inter quondam aduocatū insignē, in quodā causa Hilpalē, beneficij de Mero. in quodā suo consilio incip. An reuerendus pater. in tertio dubio. qui licet prædicta non adducat, agat tamen not. in dicto capitulo fin. & quasdam rationes quas non scribo, ex quo satis vrgere non videntur.

Tamen est aduertendum, quia licet prædicta ratione non videantur: nihilominus contrarium hodie seruita, quæ nullum in dubio præsumit commensalem, nisi probetur: quia ex quo ista consistunt in facto, facta non probantur, nisi probentur. I. quicunq; ff. de publicana. Item verum, quod commensalitate semel probata, item præsumitur durare, nisi probetur contrarium. Et ita recordantur dicta Dom. in d. ca. fi. per Rotan., & talis præsumit familiaritatis, & continua commensalitatis ad efficiendum alium, requiritur quod plenè probetur: ne creditur in præiudiciū tertij. c. cūm à nobis, de teflō. cūs verò in papa asserente aliquem esse familiarem, continuum commensalem, quia illi creditur etiam in iudicium tertij. clem. i. de proba. Et ita in specie consistoria. Rota in vna Senescen. prioratus, coram me de mensu bruario m. d. x x x v i i i. Dum ibi Leo 10. quendam protonotarium creauerat, & familiarem suum co-

com
fūffice
qui he
familia
& pre
liancar
xat.rur
dinalis
Et t
familia
quincu
certū q
domū C
tes Car
in pecu
præpar
corul. Al
parte su
pate, vi
Cardina
& do rem
tur, & lu
do fami
diciunt d
poreffin
co. de se
facti Laff
de not. B
ne Roma
collectu
eius, vbi v
verbū g.
num, nō
effetales
tes extra
lin, nō ser
tunc cōm
9 dīo fa, ve


 UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

commensalem fuisse afferit. Nam Domini voluerunt, illud A
 sufficere ad excludendum prouisionem Legati Auioné.
 qui licet poterat de reseruatis, non tamen de beneficiis
 familiarium Papæ prouidere. Et ista de plano procedunt,
 quando agitur de familiaritate ad effectum præcedentia, &
 & prærogatiæ clausula alterius. Vbi vero solum de familiari
 tate ageretur, ad effectum expediendi gratias dunta-
 rint, nō ita exacta probatio requiritur, sed fides Car-
 dinalis sufficeret, ut in una Hispalen. tenuit Rota. Quod
 procedit quando non opponitur.

Est tamen vterius considerandū, q̄ licet quo ad veram
 familiaritatem requiratur commensalitas: non tamen re-
 quiritur q̄ illa capiatur in domo Cardin. Nam potest capi
 certi quā pro victu quotidiano, & illud præparari extra B
 domū Cardinalis, ut le habet stylus hodiernus. Nam plu-
 tes Cardinales hodierni dant portiones familiaribus suis
 in pecunia numerata, ex qua emi faciunt necessaria, quæ
 præparari faciunt extra domum Cardinalis in domiciliis
 eorū. Alij autem seruitores Cardinaliū sunt, qui recipiunt
 partē suam ex domib. Cardinaliū, non in pecunia, sed in
 pane, vino, & carnis, & ea comedunt etiam extra domū
 Cardinalis, seruit tamen illi in necessariis, licet comedat
 & dormiat extra domū, & nihilominus reputatur, haben-
 tur, & sunt veri familiares, cōtinui cōmensales. Nā quan-
 do familiaris habitat in aliquo loco de voluntate domini,
 dicitur dominus ibidem familiariter habitare: quia unus
 potest in duob. locis esse familiaris. c. cūm quis. §. cūm ab C
 eo. de sepul. li. 6. facit quod not. Io. And. in c. super. co. tit.
 facit lafumptio. & l. Labeo. ff. ad municip. & bonus tex. &
 ibi not. Bart. in l. prædia maritima. ff. de fun. instruc. & cle.
 ne Romani. §. fane. de elect. obseruanda enim est in hoc
 collerudo patrisa. & domini, & attendenda est voluntas
 eius, ubi voluerit familiarem suum habitare. l. urbana. ff. de
 vnu. fig. Habitatio igitur & cōmensalitas capta extra do-
 minum, nō faciunt familiares obsequiis insistentes desinere
 eleemos. Est bene verū, q̄ si tales habentes, & comeden-
 tes extra domū, licet ex portione data in domo Cardina-
 liū, nō seruirent Cardinali, non diceretur familiares, con-
 tinui cōmensales ad effectum istius referuationis, quæ est
 q̄diosa, ut dicit gl. in regu. 3. suprā co. dum alleg. Bald. in c.

